

**Epistola Responsoria Ad J. C. L. B. A. B. In qua An Imperium Romanum Eiusque
Caput & Membra Foederato Belgio contra Galliam vigore Instrumenti Pacis
Westphalicae suppetias ferre possint? disquiritur : [Dab. Hamburg. d. 6. Aug. St.
V. 1672.]**

[S.l.], 1672

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796464693>

Druck Freier  Zugang



Rb-5621 (3.)

~~Rk-1034-21.~~

DUYVEL

Ein Buch von ...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...


...

...

...

...





Illustris & Generosus Dominus &c.

Epistola Responsorial

Ad

J. C. L. B. A. B.

In qua

An Imperium Romanum Ejusque
Caput & Membra Fœderato Belgio contra
Galliam vigore Instrumenti Paçis Westphalicæ sup-
petias ferre possint?

disquiritur.



Anno 1672.

Brk - 1034^{18.}

Illuftris & Generofe Domine &c.

HTa est, Amicorum Amiciffime, quas ex alto profpeximus, non heri aut nudius tertius, fed ante unum & alterum annum, tempeftates, eæ jam nimbum rumpunt, vicinæ funt, immo in viscera dormientis Patriæ noftræ accefferunt : Quæris, an Articulus Instrumenti Pacis in Weftphalia factæ, cujus verba initialia, *ut eo sincerior &c.* impediât Imperatorem, Sacri Romani Imperij Ordines fingulos, vel totum Imperium, quo minus auxilia ferre unito Belgio poffint ? Et, Quem ego Aggrefforem exiftimem, Chriftianiffimum Regem ? an Rempubl. Fœderati Belgij ?

Adfunt cauſæ, quare deprecari debeam, quæ à me efflagitas ; quæſtiones funt maximi momenti, veteranum aliquem defiderant, qui diſſolvat eaſdem rectè, & defiderio tuo faciat ſatis : Præterea, res plena eſt periculi & odii, dicere, quæ ſentias, nequè enim utrique Parti placere potes : ſed cum omne id, quod à me cupis, privata Epiftola expediri, & Tibi tantum ſervari debeat, morem gero, & quod lubentius præſens præſenti expoſuiſſem, ſcribo, ſed aliis negotiis impeditus, ex tempore, ſine omni tamen partium ſtudio, amore Tui, Veritatis, & Patriæ, ſimplici ſtylo, abſque ullo apparatu, quem apud me nemo quærat.

Aliunde jam percepi, Articulum Pacis, *ut eo sincerior &c.* à nonnullis ita intelligi, quaſi S. Romani Imperij Electori, Principi, & Statui, Imperio & Imperatori interdiktum publicâ & pragmatica Lege, ne cuiquam, quem Rex Galliæ ſibi hoſtem delegit, auxilia mittant, adeo ut ne Principibus Juventutis quidem permiſſum conſeſſumque, hoſtium Galliæ caſtra ſequi, eorumque militiæ nomina dare.

Equidem, prout ſenſu ſuo quemque abundare ſino, & probè ſcio, ad quos Pacis Interpretatio ſpectet, ita tamen privatus de tota hac cauſa habeo : Articulum Pacis de hoſte ita haud loqui aut intelligendum, ſed tantum de eo, qui Chriftianiffimum Regem abſque juſta cauſa, publica atque armata vi adortus : Nam ſi de omni abſque diſcrimine hoſte accipias, quem Chriftianiffimus Rex

& Regnum Galliaë sibi deligit, Imperator Statibus Imperij & Status Imperij Capiti suo vel alteri Statui à Galliaë Rege impetito, auxilio adesse prohiberetur, Patriamque deserere & prodere cogeretur, quod absurdum, honestati contrarium, nec pactum vel ullam etiam pragmaticam sanctionem ingrediens. Si S. Romani Imperij Membris tanta libertatis suæ & fœderum sacra adimenda, esset fortioribus argumentis opus, quam quæ scriptus iste Articulus suppeditat; Habuere hæc ante Pacem, quam majus Jurium suorum firmamentum credunt: Nisi itaque evidentissimè id quod alij volunt, probetur, neutiquam deserent Jurium præcipua: Fœdera inire cum Exteris, facta etiam pace poterunt, quod ipsi Galli Rhenano tuentur, Ergo & ex iisdem; auxilia fœderatis præstare. Nemo contra Patriam paciscitur etiam Juratus; neque etiam pactum ullum vel promissio tanti ponderis vel momenti est, ut nexum, quo quis Patriæ adstrictus, vel solvat, vel impediatur: Neque enim bonis moribus, honestati, vel Principiis meliorum Gentium conveniens, Patriam, Parentes, Liberos, Consanguineos, Amicos, Vicinos, deserere, & vi injustæ oppressos exponere.

An itaque Galliaë Patroni inniti vel possint vel velint quoque Articulo, *ut eo sincerior &c.* dubius sum; Ipsa enim jam olim publicè facta est Gallia per solennem Legationem in Comitibus Francofurtensibus, in quibus LEOPOLDUS à DEO & Principibus Electoribus Romano Imperio datus electusque Imperator, non satis prospectum Galliaë Interesse per Articulum istum; Quare maxima cum sollicitudine apud singulos Electores & absentium Legatos, additis nonnunquam minis, egit Legatio, ut Caput hoc eo modo Capitulationi Cæsareæ infereretur, quo & futuro Imperatori, Electoribus, Principibus & cæteris Statibus, Licentia, Potestas & Jus juvandi hostes Galliaë interdiceretur: Erant tunc temporis inter Germaniæ Proceres, qui etiam cum insigni Patriæ damno & dedecore cunctis Gallorum desiderijs favorem & vota accommodassent, nisi ab incorruptis quibusdam Libertatis & Gloriaë Germanorum Assertoribus repressi; nam magnis conatibus negotium hoc agitabatur: Tandem per articulos 13. & 14. manus ultima imposita, in quibus
appro-

approbante Legatione Gallica & gratias agente, Articulus Pacis, *ut eo sincerior &c.* ita declaratus in Articulo decimo tertio, ut tantum intelligendus sit de Hostibus extraneis, *aufwärtigen Feinden*. Deinde non prohibitum, ex Fœdere promissis stare; neque ademtum cuique, si INTERESSE, quod fortius & potentius Omni Pacto, Transactione, & Fœdere, ipsum citet & urgeat; Neque Defensio Amici vel Vicini, quem Rex Galliaë bello peteret, interversa.

Quo modo itaque, qui Ipse Articulum Pacis in publicis Principum Electorum Comitijs aliter exposuit, nec sufficientem pro sua, quam nunc & olim fovet opinione habuit, mutare sententiam, & in odium non modo, sed & maximum & intolerabile Tertij præjudicium detorquere poterit. Præterea, Christianissimus Rex, quicquid sibi à Cæsare & Statibus Imperij fieri vult; idem vigore Pacis in Capitulatione Cæsarea repetitæ faciat; cum promissio Imperij ad hanc Conditionem adstricta, nec pura sit.

Objiciat forsan Gallus, otiosum ita Articulum fore in tam solenni Instrumento: Minime Gentium; Dum Imperium vel Status satisfaciunt Paci; si Ei, qui Christianissimum Regem offensivo bello laceffit, nulla ratione adsunt; si illorum Interesse saluum maneat.

Denique Articulus, *ut eo sincerior &c.* clarissimis verbis meam sententiam stabilit; Bello Burgundico inter Gallum & Hispanum, (quod factæ Pacis tempore adhuc durabat,) nec Imperium nec Status se immisceant; In futurum verò singulis Statibus liberum est huic Illive Regno extra Imperij Limites suppetias ferre.

Pacti erant Status, Bello Burgundico præsentis se nolle immiscere, ita tamen, ut in futurum, non obstante hoc speciali pacto, suppetias vel Hispaniaë vel Galliaë ferre possint; Ergo & cuicumque alij: Vel, si in principio Articuli ita absolute interdicta suppetiarum

tiarum vel auxiliorum missio, quem in finem opus fuit speciali Pacto in hoc eodem Articulo de præsentè bello Burgundico? Patet itaque etiam ex hisce, malè à Gallis accipi Articulum.

Quare verò Principibus Juventutis vel vitio verti, vel Tabulis publicæ Pacis haud conveniens dici possit, si cujuscunq; tandè sive Galliæ Amici, sive Hostis stipendia mereant, id vero hæctenus Ego quidem non edoctus, nec ullam, qua fulciri possit paradoxū hoc, video rationem: Interest omnino Principum Germaniæ, ne in cujuscunq; tandem Exteri gratiam Juribus suis præjudicium afferant; Caveant, ne se inescari patiantur Exterorum lenociniis vel promissis; Venenum est, cum apertè haud possint, quo in occulto noceant; Pecuniam offerunt & dant quoq;, ut cum Vi non possint, amicitix & lucri specie Interesse aliorum redimant; Ministris millia pendunt, ne necesse habeant, in Dominos Millions erogare. Accedat Gratia DEI & rectitudo Consilij, semotis avaris, fordidis, & corruptis Consiliarijs, res omnino melius succedet, nec exteri impostero Pecuniâ Interesse Principum intervertent. Nemo recta & egregia aget, vel Principi & Domino suo fidus fuerit, nisi Animus divitiarum contemtor, eoq; Integer & Incorruptus. Habes festinanti calamo, quæ sentiam:

Sed otiosa videtur quæstio, An Batavorum Reipublicæ auxilio adesse Jure possint Germani, postquam Christianissimus Rex non Rempublicam istam primum, sed Sacrum Romanum Imperium invasit, dum Exercitus in eo collegit & aluit, Urbes munivit, Ducatum Cliviæ occupavit. Erat quidem in nonnullis Cliviæ Civitatibus præsidium Batavorum, sed Consensu Domini, nec contradicente Imperio; Immo facta Germaniæ Pace, Consentientibus omnibus Paciscentibus, cum nihil hac de re in tractatu Pacis Universalis motum; Neq; vero Batavorum Respublica quicquam sibi Juris in hæc Civitates vel vindicare poterat vel vendicabat quoq;, imò ipsam hospitationem à Civibus justo annuo pretio redimebat; Has Civitates Imperij, inconsulto Cæsare & Statibus Christianissimus Rex exercitibus suis non modo adoritur sed & à Proditoribus traditas occupat, non contentus precario Batavorum Præsidij jure; plus enim non habebant

bebant, nec plus occupari potuit. Sacra mutat; Ad Juramentum Serenissimi Principis Electoris subditos adigit; Territorij jura exercet in integro Ducatu; Præsidium Electorale ex alijs Civitatibus ejicit; Turres, Arces, & Urbium muros dirumpit, munimenta dejicit, eaque omnia professus Amicus: Examinanti hæc hostilia apparent, nec Christianissimus Rex non tam Bavorum, quam Imperij Romani & Electoris hostis esse videtur: Sed hoc alijs trado, nec dubito, quin Germanorum virtus Gallo extortura iterum sit, quæ Romano Imperio talia non cogitanti, accedente corruptione & proditione eripuit; Dabit quoque sine dubio Serenissimus Elector operam omnem, ut recuperet adempta, idque dum facit, non deferendum, sed ab omnibus Statibus & ab Ipso inprimis quoque Imperatore juvandum, præsens & notorium Patriæ & omnium Membrorum Interesse postulat; Legatus Regis Galliæ olim apud Sleidanum, hanc esse veterem & propriam Germanorum laudem, ait, ut sicut aliena cum injuria suos fines minimè soleant amplificare, sic etiam fortiter depellant periculum, & pro Libertate pugnent acerrimè.

Advoca nunc Instrumentum Pacis, & periculum fac, an ostenso eo, vel alijs Imperij Constitutionibus, exire Gallus Imperij finibus velit. Jura Gentium adhibenda, & S. Romani Imperij Imperatorisque decus & autoritas; Non cedit, nisi cum Christianissimus sit, & Ecclesiæ Catholicæ membrum, **Juri Canonum.**

Nonnulli Catholicorum in Imperio ideo videntur Causæ Gallicæ & quorundam Præsulum favere, quod videant, in occupatis Civitatibus, Evangelicis templa adimi & Catholicorum sacris dicari. Sed & hoc non nisi Turbator Pacis in Imperio probat, & salva Pace durare nequit; Cætera sacra, quæ in Batavicis mutantur, quod spectat, persequimur Evangelicos quidem, sed ut Turca in Polonia, Regno Christiano & Christianorum antemurali præcipuas integrasque Provincias Mahumetismo inquinare possit; Hæc jactura certa & maxima est, lucrum vero incertum adhuc & dubium valde.

Ante-

Antequam ad caput, quod Aggressionem tractat, accessionem faciam, repetenda mihi ex Artic. 13. Capitulationis ea videntur, quæ officium Imperatoris in præfente hac Cauſa concernunt, Ibi: *Do auch von einem oder mehr Ständen des Reichs/oder auch fremden Regenten dergleichen vorgenommen / und ein fremdes Kriegs = Volk in oder durch das Reich / Wenn Sie auch gehö- ren / unter was Schein oder Vorwand es immer seyn möchte / ge- führet werden / dasselbe wollen Wir mit Ernst abschaffen / Gewalt mit Gewalt hinterreiben / und den beleidigten Ständen Unsere Kön- serliche Hülff / Handbiet und Rettungs = Mittel kräftiglich wider- fahren / und nach Inhalt der Reichs Satz und Executions - Ord- nung gedenken lassen ꝛ.*

Credo ego, non ægre laturum Christianissimum, si Cæsar id facit, quod Christianissimus facturus esset, si Imperator cum validissimo Exercitu Regnum Galliæ, irrequisito Rege, ingrederetur, Provincias Galliæ occuparet, Urbes muniret, Sacramenta exigeret, Jura Regia exerceret, Munimenta, Arces, Turres & muros Urbis everteret, præsidia Regia è Civitatibus ejiceret.


Cæterum, cum mihi Partis utriusque Cauſæ præter eas, quæ publici juris factæ, nullæ cognitæ sunt, usque dum magis justificas Christianissima pars promulgaverit, pro Aggressore necesse est, ut habeam, quæ prius quiescenti populo bellum intulit; Ita enim meliores Gentes hætenus observant: Quod si enim eum, qui primus vi aggreditur alterum, pro Aggressore habere non velis, vereor ne omnium foederum, qua defensionem spectant, vis evanescat penitus & omnis fides: Puto ergo eos, qui cum Batavis juncti foederibus, obstrictos esse, promissa in iisdem auxilia, salva Pace Germaniæ præstare posse & debere; neque etiam copiæ ex foedere defensivo missæ quicquã hostilitatis de jure inferunt. Relatum in super mihi est, & si veræ, quarum copia facta, Batavorum literæ, Rempublicam Christianissimo æquam obtulisse ante motum bellum satisfactionem, si Christianissima Majestas forte præter voluntatē & intentionem Reipubl. læsa & offensa; Quæ oblatio magnum pro-

profecto Justitiæ Causæ Bataviæ addit momentum. An vero alij, quibus fœdera cum Batavis non sunt, Tragediæ huic intervenire & quovis modo everfionem Status impedire debeant, id à vero Uniuscujusque Interesse dependere haud frustra autumo. Itaque an Imperij Romani, Regum, Hispaniæ, Sveciæ, Daniæ, Principum Electorum, Principis Electoris Brandenburgici, Ducum Brunsvvicensium & Hassiæ, Præsulis Monasteriensis, Nominè & Re Galli, vicinorum Interesse congruat, complicare manus, & negligere Rempublicam confœderati Belgij, ipsi examinant, cum Interesse quovis alio Vinculo fortius sit; & an Imperium vel meliores saltem Imperij Proceres & Cives Christianissimo Regi invafas & occupatas S. Romani Imperij Provincias quavis ratione extorquere iterum debeant, de eo neminem scio qui dubitet, nisi quis quorundam Catilinaria fequatur Confilia, Vale Dab. Hamburg. d. 6. Aug. St. V. 1672.

Tuus


Omni fide

I D A R.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.





orum exuvia, truncis affixa trophæis
ca, & fractâ de casside buccula pendens,
nanis majora bonis creduntur.

am non esse Gallorum mentem, ut o-
tionem redigant suam, (nec enim conti-
possent, imperiumq; magnitudine labo-
m mole rueret suâ) apparet tamen eos af-
eliquos arbitrium coque collimare ipso-
ia, ut nil quicquam nisi ex nutu & ad vo-
Regis Gallia à Principibus geratur Chri-
od an paulò minus servitute sit, alijs ju-
relinquo. Certè periculum inde redun-
annes omninò spectat, nec vel Religio vel
ut amicitia nexus hic ullum admittit di-
diu est, ex quo vis ac subsidium Religionis
onem translatum, atque Deus & Maje-
nter augenda dominationis arcana po-
simplicioribus illusum. Sane nec Hi-
c Lotharingos ab insultibus Gallorum
præstare potuit eadem, quam cum ipsis
t, religio Catholico-Romana. Foedera
amicitia Gentium quam sint fallaces,
lè rumpantur, experientia abunde testa-
s ignorat aurati liminis genium ubi nil

C 3

est